



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1546. usque ad annum 1549

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1770

VD18 90118529

§. 83. Germaniæ Episcoporum literæ de Concilio Tridentum revocando.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66608](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66608)

gradu incedendum, & plerumque in unius Sæcul. XVI. verbi discussione multum temporis impenden- A.C. 1547.
 dum censeo: unde non constat, utrum Sessio infra paucos dies necessario celebranda sit, an in multos menses extrahenda. Quare mihi videtur consultissimum, Sessionem, quæ futura erat die sequenti, ad Concilii beneplacitum prorogare, eaque ratio est sine omni controversia longe optima: si vero quispiam objiciat, quod die aliquo certo præstituto, singuli e Patribus rebus suis melius consulere possent, id unice respondeo, quod intra paucos dies facile perspici possit, quem progressum, & exitum Synodus sit habitura, atque ex his postea res decerni poterit. Omnibus igitur huic sententiæ applaudentibus, de Sessione ad sacri Concilii beneplacitum proroganda decretum fuit.

§. LXXXIII.

Germanicæ Episcoporum literæ de Concilio Tridentum revocando.

Postera die quidam Lusitanus Portuen- Pallav. l. 10.
 sis Episcopus, ac Bracarensis Suf- c. 6. n. 1.
 fraganeus Bononiam venit: Interea ve- Sarpil. 3.
 ro Germaniæ Episcopi a Cæsare stimu- pag. 256.
 lati datis ad Papam literis Synodum Exstant lite-
 ræ in Collect.
 Tridentum revocari efflagitarunt, ibi- Archi. A-
 demque hæc exposuerunt: in summo di- quens. datae
 scrimine Germanicæ salus versatur, atque 14. Sept.
 illud malum potuisset averti, si publici Con-

D d 5 ciliū

Sæcul. XVI
A. C. 1547.

cilii remedium, de quo Cæsarem interpellarent, tempore idoneo, & intra Germaniæ fines fuisset adhibitum: Nos autem, cum ampla sit jurisdictio nostra, non possumus diu a nostris abesse ditioibus. Eapropter neque Mantuam, neque Vicentiam germanorum Præsulum quisquam profectus est; perpauca quoque Tridentum, eoquod ea Civitas, etsi Germaniæ finitima, tamen extra ejusdem fines, ad Italiam magis pertineat, bellique præsertim tempore, viis undique obsessis, eo proficisci parum tutum sit. Nunc autem procella ea disjecta, rebusque in tranquillum adductis, bona omnes spe eramus, in ipsum portum esse perventum, cum subito præter omnem expectationem nunciatur, Concilium, in quo spes omnis erat collocata, in aliam urbem translatum, imo potius divisum: hujus ergo remedii fiducia dejecti, non aliud habemus quam in Sede Apostolica per fugium, quam enixe exoratam volumus per Germaniæ Salutem, ut Concilium Tridenti restituat: id si faciat, nullum erit genus obsequii, quod non a nobis sibi debeat polliceri, alioqui non habemus, unde malis, & procellis imminentibus deposcamus auxilium. Insuper eorum, quæ postulamus, eo magis habenda est ratio, quo firmiter cogitemus, posse fieri, nisi ipse provideat, ut alicæ rationes & consilia ineantur pro difficultatibus his expediendis, hinc oramus Beatitudinem suam, ut scriptum hoc boni consulat ab iis, quos

quos, ut ita scribant, tum officii sui ratio, Sæcul. XVI.
 tum temporum conditio impellit. A.C. 1547.

Verum eorum precibus, ac vehementibus monitis Papa minime flectabatur, ac etiam Cardinalis Madrutius amplius ab eo impetrare desperans Augustam reversus est, suaque mandata reliquit Mendozæ Legato, quem Carolus V. Senis, ubi huius Reipublicæ diffidia compositurus hærebat, excedere, moxque Romam contendere iussit, quod ipse etiam protinus effectui dedit.

§. LXXXIV.

*Mendoza Orator Synodum Tridentum
 revocari postulans.*

Hic idem Cæsaris Legatus obtenta Pontificis venia publice in Purpuratorum Senatu die decima quarta Decembris habito excipiebatur, ubi convocatis Principum Legatis sermone modesto quidem, fervido tamen Synodi Tridentum revocandæ necessitatem, necnon mala, quæ ex cunctatione orirentur, exposuit, subjungens, sibi in mandatis esse datum, ut Bononiensem Synodum non esse legitimam palam profiteretur, si Papa Cæsaris voto satisfacere renueret. Pontifex equidem sæpius Legatum interpellavit, remque non sibi, sed Patribus
 adhuc-

*Pallav l. 10.
 cap. 8. n. 3.*